



**Q**ua nova? Quid quivis generosus & arte co-  
ruscans

Hospes percupidas patulas protendit in auras

Aures? Ecce novus Sponsus sic farier in fit:

Vere novo caelum ridebat & aureus Aethon

Fulgebat, late quae luce ferebar apricum,

In campam solita quo circo saepe caballum,

Instruxi, lassoque dato, meditabar, amoris

An dulces fructus instantis tempore belli

Carpere quis possit? Mens scindebatur in unam,

Mox aliam partem, quod ego quoque lampade suavis

Usta Palapaphiae tacitus praecordia sensi,

Et simul adversi ferventes temporis aestus

Percepi. Sed cum sic ambigo, protinus offert

Se concinna Venus comitata Cupidinis astu

Flexanimesque suas voces a gutture rumpit:

Vir Barbate, tuam quare mordacibus angis

Cor curis? cum quaeque fluant cito puncta dierum,

Cur, quaeso, in dubias sponsalia foedera differs

Horas? Nonne putas cum fluxo tempore bellum,

Ut fluctus, fluidum subitum lapsumque minari?

Vix autem revocare potes juvenilis amoris

Annos: haec cunctis est irrevocabilis aetas.